

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. VII. De ministro

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

56
De ministro.

CAP. VII.

Ministri
sunt orga-
na Dei.

QVod de duabus in ministerio to-
to partibus attentè consideran-
dis, in ipsa etiam ministri persona lo-
cum habere dubitari neq; debet, neq;
potest. Sunt enim qui personā illam
sustinent, Dei, Christi atque Spiritus
sancti organa, tantisper dum quæ ip-
sis demandata sunt, iuxta institutoris
obeunt præscriptū. Extant enim pas-
sim plurima & clarissima ea de re te-
stimonía: quæ qui eludere conantur,
nihil aliud agunt, quam ut claro soli
tenebras offundāt. Locus qui in Desi-
gnatione nostra ex cap. 5. posterioris
epist. ad Corinth. notatur, ut elegans
est, ita disertè istud quod nunc dico
confirmat. nam & legatione fungi mi-
nistros, nomine Christi, Deumq; per
ipsos hortari, clarè affirmat Paulus. Id
quod nequaquã restringendū esse ad A-
postolorum uel personas, uel tempó-
ra, tum

ra, tum ex eo ipso, tum ex alijs & multis & claris locis demonstrare, magni non esset negotij, si ipsa res postularet. Nō dissimilis est ratio uocis illius Pauli fiducia plenissimæ, quæ in eadem extat epistola: *An experimentum queritis in me loquentis Christi?*

De Apostolis non semel testificatus est Christus, organa ipsos fuisse Spiritus S. Id quod etiam de posteris, qui Apostolicis uestigijs insistant, intelligi non solum potest, sed etiam debet. Tituli quoque admodum appositi quibus eos ornatos fuisse passim legimus, hanc ipsorum rationem manifestè indicant. Christus ipsos testes nuncupauit, Paulus præcones atque legatos uocat. Omitto peruulgatas alias appellationes, inter quas metaphoricæ pleræque sunt, quæ non tam ipsorum munus significant, quam pingunt, oculisque etiam ipsis subiiciunt. Inter reliquas elegans admodum mihi esse uidetur qua Paulus utitur, eos

Tituli ministrorum.

1 Cor. 9 οἰκονόμοισι θεοῦ nominans.
 Nam uerbis paucis illis quidem, sed
 admodum elegantib. complexus est
 quod Christus aliquot parabolis fu-
 sius descripsit. Iohannes in eo quem
 in Delineatione nostra notauimus lo-
 cō, & eleganter & aperte, quæ ipsoꝝ
 Apostolorum, atq; omnium successo-
 rum partes essent, exponit. *Quod u-
 didimus (inquit) & audiuimus, annun-
 ciamus uobis, ut & uos uisitatione habea-
 tis nobiscum, & uisitatione nostra sit cum
 Patre, & cum filio Iesu Christo.* Quod
 præfatur quidem, annunciare se quæ
 uiderit atque audierit, id cum paucis
 (nempe qui αὐτόπαις fuere) habuit
 commune: at quod sequitur, cum om-
 nibus ueri Christi ministris ipsi com-
 mune est. Habemus enim utriusq; ge-
 neris testes, hoc est oculatos. (ut dici-
 tur) & auritos, qui quæ acceperāt ab
 alijs fideliter tradiderunt, ut Lucas de
 se profitetur in Euangelij sui præfa-
 tion.

iuncula, & autor epistolæ ad Hebræos idem innuere uidetur cap. 3. Auditiō tamen in hoc genere nihil fidei detrahit. Quæ uerò adiicit Iohannes, clarissimè significant societatem hanc diuinam iniri atq; confirmari per officij huius partes omnes. Nam uniuersim de mandato Apostolis omnib. ac ipsorum successorib. munere loquitur. tamq; latè patere uocis *κοινωνία* usum, in hoc testimonio atq; superiore ex 1. Cor. 1. citato euidenter perspicit. Deinde uidemus Iohannem non notare modò, sed etiam coniungere uarias istius societatis partes, uelut quæ diuelli nequeūt. Pars una est, qua nos inter nos sociamur: altera, qua cum filio & patre adunamur. nam hi cum unum sint, alterutri qui unitur, eum utriq; uniri est necesse. Verùm totam hanc communionis rationem discere possumus plenissimè atq; planissimè ex illa Christi ad patrē oratione, quā hic ipse Iohannes narrator uerissimus atq;

atq; diligentissimus capite Evangelicæ historię 17 refert.

De doctrina.

CAP. VIII.

Doctrina primas partes tenet.
INter hæc Spiritus sancti organa humanę salutis, ut ita loquar media principem locum tenere Evangelij prædicationem, euidenter demonstrant partim ipsa Apostolicæ dimissionis formula, partim rerum ipsarum natura, uis & usus. Nam Apostolos suos cum ablegaret Christus ipsis Evangelij prædicandi partes imprimis mandauit, doctrinę summa etiam paucis exposita. Eò referri potest, qd Paulus sibi non baptizandi, sed prædicandi Evangelij munus mandatum fuisse scribit. Pertinet etiam huc quod idem Apostolus in formulis quas Timotheo & Tito de eligendis constituendisq; Ecclesię Episcopis, in primis flagitat quæ ad docendi Evangelij munus pertinent. Quid, quòd tituli

*Matthæi,
 Marci &
 Luc. ult.*

1 Cor. 1.

*1 Tim. 3.
 Tit. 1.*

tituli
 officij
 petiti,
 rerum
 dubium
 nias on
 que eo
 & quo
 ad con
 gustini
 decanta
 mentū,
 si illud
 mentur
 ratione
 to uerò
 est, fere
 istam il
 quente
 cō Pa
 nuncu
 agnou
 diuina
 causan